



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

LXIII. Brevia Sanctissimi Domini Nostri ad Patriarcham, Archiepiscopos,
Episcopos, & Proceres Maronitarum. 30. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

enixe petit, ut Pallium e B. Petri Corpore sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, nunc tradatur suo nuperrime electo Patriarcha R. P. Tobie Gazeo Archiepiscopo Cyri: quem non minus Gentis Maronitarum merita, quam sua pietas, & probata in Sanctam Sedem fides, & observantia commendant, ut hunc honorem obtineat, quem habuit decessor suus, quemque, ut est eximia Sanctitatis Vestrae in omnes late populos, qui Christiano consentent nomine, digna Pontifice Maximo beneficentia, Orientalis Ecclesiae Patriarchae, parum usitato antea exemplo, hoc tempore quinques impetraverunt.

Ea de re R. P. Arsenius Archiepiscopus Heliopolitanus Procurator ad Urbem misus, demississime rogata ut religiosissima, qua nunquam ad partes factiosorum, aut errantium declinavit, Ecclesia, constanti Romanae Cathedrae iudicio, diuturna hujus decoris accessione fruatur; atque id ipsum in genua pro voluntate, Tobie Patriarchae nomine & verbis, instanter postulat, instantius, & instantillime.

Post bac Sanctissimus intermissum Allocutionem prosequens, Electionem ipsius Patriarchae Tobie quam libener, & qua clausula se confirmasse, eidemque optatum Pallium benigne concedere, emissam prius tam hic in Urbe ab ipsis Procuratore, quam in Monte Libano ab ipso metu Patriarcha Fidei professione; totam denique Syrorum Maronitarum nationem, ne unquam obliviscantur sinceram suam adhesionem Catholicae Fidei & Sedi Apostolicae, mendam esse, eisque simul nomine Pontificio Apostolicam Benedictionem impertiendam, ornatisimis verbis exponere dignatus est.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

Audistis, Venerabiles Fratres, expositam a legitimo Elec*t* Patriarchae Procuratore, pro Pallio instantiam. Audistis præterea, quibus illa fundamentis innitatur. In Congregatione negotiorum Propaganda Fidei præposita, iam expensa fuerunt Electionis validitas, Elec*t* merita, quicque peractam Electionem consequitus est, omnium alienus & plausus. De his omnibus ad Nos accuratissime relatum fuit: Noscque exhibitum a Congregatione consilium sequentes, Electionem ipsam quam liberant confirmavimus. In ipsa Confirmatione clausulam illam prætermisimus, per quam alia nonnunquam Electiones validari solent, *etiam quod substantialia*; quam nihil in ea desideretur ex iis, quæ ad validitatem actus, juxta Orientalem disciplinam, necessaria existimantur; neque vero affirmari pro cetero valeat, Occidentalis Ecclesie leges, quibus aliqua inducta fuerunt substanciales Electionum nullificantes, Orientalem, quoque Ecclesiam afficere, de qua in ipsi legibus nulla accurrit mentio⁹. Quæ quum ita sint, annuentes precibus ab Elec*t* Patriarchae Procuratore expositis, libenti animo optatum Pallium ipsi concedimus; ita tamen ut idem legitimus Procurator, nomine illius, a quo constitutus est, priusquam ipsi fiat Pallii traditio, Professionem Fidei emitat, juxta formulam ab Urbano VIII. Prædecessore nostro statutam; & id ipsum subinde fiat ab ipso metu Patriarcha: cui impense injungimus, ut suos Maronitas moneat, ne unquam obliviscantur sinceram Nationis sue adhesionem Catholicae Fidei, & Sedi Apostolicae, quæ tanto eos amore amplexa est, & complectitur; eisdemque simul nostro nomine Apostolicam Benedictionem impertiatur.

Postquam absolutum est Consistorium, quoniam prememorati Patriarchae Tobie Procurator R. P. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus desiderio flagrabat, quo singulari imperito beneficio, Sanctitati Suæ, ejusdem Patriarche nomine, gratias saltem privatas redderet, quæ in publico id facere ei non licuerit; ideo post Consistorium voti compos a Pontifice perhumaniter factus, in intimo suo Cubiculo flexis genibus, hunc in modum verba fecit Arabice, quæ deinde Latine a R. P. D. Josepho Simonio Assemano, Bibliotheca Vaticana Profecto, Sanctissimi Domini Nostri Prelato Domestico, & utrisque Signaturæ Referendario, reditta sunt.

BEATISSIME PATER.

TOT, ac tanta sunt eximia Tua in Antiochenum Elec*tum* meum, atque a Te in hoc Augustissimo Consensu confirmatum Patriarcham Tobiam Petrum Gazeum, benevolentia, charitatis, ac benignitatis argumenta, ut fateri ultra compellar, vires mihi non suppetere, quo dignas Sanctitati Tua grates rependam. Conabor tamen genuinos ipsius Patriarchæ sensus, sinceraque grati animi significations pro modulo meo palam contestari. Est enim, Sanctissime Pater, est meus Patriarcha, obsequientissimus Apostolicae Sedis filius, suæ erga Sanctitatem Tuam obedientiam signa minime dubia, non verbis tantum, sed ilustribus etiam factis, dedit: rura nempe, quæ nullam interposuit moram, quin facto a Te iudicio de controversia olim Patriarchali dignitate, statim acquiesceret, constitutoe Auctoritate Tua Patriarche Simoni Eudio, suo proximo Decessori, sese submitteret. Quæ agendi moderatione, quantum virtutis suæ opinio omnibus acreverit, datis ad ipsum humanissimis Literis, Beatitudi Tua declaravit. Itaque idem ipse, qui iussis Tuis obtemperans, ut terrenum illud schisma ex duplice in Patriarcham Electione conflatum extingueretur, delata sibi dignitate se confessim abdicavit, facile erit unicuique animo concipere, quæ sit in posterum luculentiora erga Sanctam Sedem observantia suæ documenta prabiturus, posteaquam & Patriarchalis dignitatis, unanimi Antistituti Maronitarum suffragio collatae, Confirmatione, & honore Pallii de Corpore Beati Petri sumpti, ipsum honorificentissime cumulasti. Namobrem sicuti haec tenus habuisti, Pontifex Optime Maxime, Ecclesiarumque Orientalium amantissime, ita nunc, & semper habebis Antiochenum Patriarcham Tobiam, & beneficiorum Tuorum gratum memoremque, & Pontificiorum mandatorum observantissimum.

BREVIA

LXXXIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

Ad Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, & Proceres Maronitarum.

I.

Venerabili Fratri Tobie Petro Patriarchæ Antiocheno Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ET Venerabilem Fratrem Arsenium Archiepiscopum Heliopolis a Fraternitate Tua ad Nos, atque Apostolicam hanc Sanctam Se-

dem

⁹ Vid. citata nostra Epistola Encyclica, quæ *ef 47.*
Tom. 4. nostri Bullarum num.
44. In hac Editione
Tom. XIX.
Conf. L. pag.
151. & seq.

dem omnium Ecclesiarum Catholicorum Orbis Matrem & Magistrum alegatum, & humanissimas litteras praeclaras tuas erga Nos observantiae, & debitae erga eamdem Sanctam Sedem reverentiae, obedientiaeque documentis insignes Nobis inscriptas, Nobisque a memorato Arsenio Archiepiscopo reditas, ea, quae Prædecessores nostri Romanii Pontifices, Nostre ipsi alias prosecuti fueramus, Pontificia benignitate & Apostolica caritate exceptimus. Quemadmodum autem Nobis permolestum accidit nuntium, viam nimurum universæ carnis ingressum, &, ut in justo remuneratore supremo Pastorum Principi JESU CHRISTO sperare decet, ad æternæ beatæ statioñis in Cælis tabernacula receptum fuisse cl. mem. Simonem, dum in humanis ageret, Patriarcham Antiochenum multis nominibus commendat; ita ingenti letitia in Domino exultavimus, quod Tu, Venerabilis Frater, in ipsius locum & Patriarchalem Sedem per unanimem Venerabilium Fratrum Antiftitum suffragantium concordiam electus, sufficiatque fueris. Nobis fane contemptum, exploratumque erat, Fraternitatem Tuam Sacerdotalibus, Pastoralibusque virtutibus insignitam, in excelsa Christi Vinea Tibi commissa laudabiliter adlaborare; atque adeo Nobis pro certo pollicemur, Te, Venerabilis Frater, majori dignitate, auctoritate, & honore cumulatum, majori sollicitudine, vigilancia, operaque fore adnixum, ut istam inclitam Maronitarum Nationem, de qua distictam æterno Judici JESU CHRISTO rationem reddere debes, Apostolicae huic Sanctæ Sedi semper addicissimam, & veluti solem inter offiſifimas tot errorum tenebras, & caligines lucidius præfulgentem, magis magisque confimes, illustres, adaugeas, & promoveas. Porro quod ad Electionem tuam a Nobis probandam, confirmandamque, Palliumque de Corpore Sancti Petri Apostolorum Principis sumtum Tibi mittendum, enixis precibus exposcis, Fraternitati Tua persuasum est cupimus, Nos, a gravissima diuina infirmitate sensim per ineffabilem divina bonitatis abundantiam convalescentes, ubi Nobis integrum fuit, ne quidquam per Nos moraretur, e electo Secretum cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Consistoriorum habuimus. In hoc itaque Consistorio Electionem tuam approbavimus, & Apostolica auctoritate nostra confirmavimus, Palliumque de more Tibi tradendum mandavimus, prout ex aliis nostris Apostolicis Literis plenius intelliges. Nec dubitamus, quin idem Arsenius Archiepiscopus Alegatus tuus, a quo & Pallium accipies, de omnibus per Nos in hoc negotio actis gestisque Fraternitatam Tuam fuisus edoceat. Præterea Fraternitatem Tuam, quam plurimi facimus, magnoque honore prosequimur, & Apostolica caritate in vinculo unitatis complectimur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut nostram imbelicitatem in ferventioribus tuis apud Deum obsecrationibus commendatam habere fatigas. Ceeterum, Venerabilis Frater, bono animo esto, prædicta verbum, insta opportune, importune, argue, obläera, increpa in omni patientia & doctrina, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistarum, ministerium tuum imple, certa bonum certainam Fidei, apprehende vitam æternam cum corona iustitiae, quam repositam digne laborantibus in Cælo reddet Tibi quoque Dominus in illa die justus Jux. Nos interim ad prosperi successus, divinitique præsidii auspicium, & studiosæ nostræ ad Fraternitatem Tuam, universæ Maronitarum Nationi, cum opportuna fæte dederit occasio, gratificandum voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem uberrima cum celestium charismatum copia conjunctam, Tibi, Venerabilis Frater,

eidemque Maronitarum Nationi tuæ, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis MDCCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

Cajetanus Amatus.

I I.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Patriarchatus Antiocheni Nationis Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NON possumus fane fatis aptis verbis explicare, Venerabiles Fratres, & dolorem, quo affecti sumus ob interitum clar. mem. Simonis, dum viveret, Patriarchæ vestri Antiocheni meritis laudibus nominandi, & ingentem Pontificii cordis nostri letitiam inde conceptam, quod Fraternitatem Vestram tantum cum animorum alacritate & confensione, tanta cum celeritate & sollicitudine, ne quidquam detrimeti interea temporis viduata Pastore suo Patriarchalis Sedes Antiochena pateretur, legitimate & canonice eligere, & in Patriarcham vestrum constituere studueritis Venerabilem Fratrem Tobiam Petrum Cyprum Archiepiscopum. Nos autem, statim atque faustum de Elezione hujusmodi mintium ad Nos perlatum fuit per humanissimas & ipsius Tobie Petri electi, constitutique Patriarchæ, & Fraternitatum Veſtrarum, ac dilectorum filiorum Procerum Maronitarum literas, Supremo Pastorum Principi JESU CHRISTO, cuius vices in terris plane immenses gerimus, immortales agere gratias non omisimus. Nulla igitur gravissime, diuturnæque infirmitatis nostræ ratione habita, leto etiam decubentes, Secretum cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Consistoriorum habere voluimus, ut quamcunq[ue] peragerentur de more omnibus, qua ad Electionem hujusmodi Apostolica auctoritate approbandum, confirmandamque, & ad Pallium de Corpore S. Petri Apostolorum Principis sumtum laudato Tobie Petro Patriarchæ vestro mittendum, tradendumque, semper servata fuere. Quamobrem Vos, Venerabiles Fratres, de hisce per Nos actis certiores facientes, Vobiscum ex animo gratulamur; atque insimul bonorum omnium largitorem Deum, qui dat affluenter omne donum optimum, & ad æternam animarum salutem semper profuturum, supplices exoramus, ut Fraternitates Vestras nova virtute induat ex alto, quo de virtute in virtutem crescat in Templo Sancto Dei, & magis magisque fatigatis vigilare, custodiare, ac per viam mandatorum Dei ducere populos pastorali curæ vestrae commissos. Hinc profecto factum fore in Domino confidimus, ut consentinae virtutibus laboribusque vestris merces tribuantur a justo remuneratore Deo. Interea hujus voti nostri auspicem, & Pontificie nostræ erga Fraternitates Vestras benevolentia testem esse cupimus Apostolicam Benedictionem, in populos quoque vestre cura creditos redundaturam, quam Vobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis MDCCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

Cajetanus Amatus.

III.

Dilectis Filiis Proceribus Maronitis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

QUAM praeclarum de vestra omnisque in-
culta Maronitarum Nationis Catholica
sinceraque Fide, & constanti Apostolica huic
Sancta Sedi adhaesione opinionem Prædecessores
nostræ Romani Pontifices, Nosque ipsi semper
habuimus, magis magisque confirmaverunt
humanissimæ vestra literæ, quas una insulm
cum literis Venerabilium Fratrum tum Tobia
Petri Archiepiscopi Cypræ in Patriarcham Autiochenum vestrum electi, tum cæterorum Nationis
vestra Antislitum conjunctas ad Nos
attulit Venerabilis item Frater Arsenius Ar-
chiepiscopus Heliopolis. Per ipas sane literas
vestras explicare studiūt, & filiale vestram erga Nos, & Apostolicam hanc Sanctam
Sedem observantiam, reverentiamque, & Ele-
ctionem de eodem Tobia Petro in Patriarcham
unanimi memoratorum Antislitum consensu,
Vobisque plaudentibus factam. Nos autem Vobis
omniumque studiis benigne annuentes,
nihil omisimus, quod ad hujusmodi negotium
Apostolica autoritate nostra peragendum,
conficiendumque requirebatur. Quamobrem hoc
unum superest, ut Vobis, Dilecti Filii, quos
paterna Pontificiaque caritate complectimur, ab
Omnipotenti Deo bonorum largitore uberrimam
cælestium charismatum copiam appre-
mire; atque vestram pietatem, religionemque
meritis laudibus celebremus. Interim, Dilecti
Filii, Vobis Apostolicam Benedictionem, pe-
renne nostræ erga Vos præcipue benevolentia,
dilectionisque testimonium, per amantem imper-
timur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-
jorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis
MDCCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-
septimo.

Cajetanus Amatus.

LXXIV.

Confirmatio Concordia inter Archiepiscopum
Moguntinum, S. R. I. Electorem, & Epis-
copum, atque Abbatem Fulensem initia,
super jure Metropolitico Ecclesiæ Mogunti-
nae in Episcopatum, atque Ecclesiam Ful-
ensem; nec non super aliis utriusque Ec-
clesiae controversias.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis
studium pro-
tuenda que-
re, & tranqui-
litate inter
Personas Pa-
storali digni-
tate iniqui-
tas.

AD sacram Petri Sedem in plenitudine po-
testatis, divina dispositione evecti, ad
ea potissimum, quæ pro personarum quarum-
libet, præsertim Pastorali dignitate preditatu-
rum, queto, & tranquilitate observari de-
bere dignoscuntur, libenter intendimus, ac
iis, quæ vicissim providè per concordia mi-
nisterium ordinata fuisse comperimus, ut illa
firma persistant, Apostolici munimini robur
adjicimus, prout confidimus in Domino fa-
lubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper
pro parte Venerabilium Fratrum nostrorum
Joannis Friderici Caroli moderni Archiepiscopi
Moguntin., ac S. R. I. Electoris, necnon

Adalberti moderni Episcopi, & Abbatis Ful-
den., ac ejusdem S. R. I. Principis, petitio con-
tinebat, quod cum inter diçum Joannem Frideri-
cum Carolum Archiepiscopum, & Electorem,
ac Decanum, & Capitulum Metropolitanæ Ec-
clesiæ Moguntin. ex una, ac prædictum Adal-
bertum Episcopum, & Abbatem, ac Decanum,
& Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, & Abbatialis
Fulden, ex altera partibus, ad removendas om-
nes controversias, & ad omnium dissensionum
semina penitus tollenda quedam concordia inita
fuerit, cuius tenor est qui sequitur.

§. 2. Nos Joannes Fridericus Carolus Dei
gratiâ S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri
Romani Imperii per Germaniam Archi-Can-
cellarius, & Princeps Elector: Et Nos Adalber-
tus electus Episcopus, & Abbas Fuldensis, Sacri
Romani Imperii Princeps, Augustissima Roma-
norum Imperatricis Archi-Cancellarius per Ger-
maniam, & Galliam, Primas &c. notum facimus,
& profitemur &c. Dùdum inter Archiepiscopatu-
m, & Electoratum Moguntinum, ac principa-
lem Abbatiam Fulensem, optata per Divinam
gratiam concordia, novilque frequenter ab Ar-
chiepiscopis Elecoribus eidem Abbatæ impensis
favoribus aucta vigui amicitia, ita quidem, ut
cum circa annum 1532. cogitatum esset de eri-
gendo Episcopatu Fuldensi, Archiepiscopus Ele-
ctor Moguntinus tum temporis existens, ejusque
Capitulum Metropolitanum erectioni hujusmodi,
& Fuldensi tunc Abbatæ sibi exposito desiderio
faciles se præbuerit, & dum res ad exitum non
perdaceretur, ut Abbates Fulenses Jura Mo-
guntina porrò libenter agnoverint, Archiepisco-
pi verò Moguntini eidem Abbatibus seculo præ-
cedente Ecclesiasticam in Fuldensi Ditione Juridicione
reliquerint, eaque super re per Com-
missarios Moguntinos solemnam anno 1662.
concordiam inter Moguntinam Metropolitanam,
Cathedralem Heribopolensem, & Abbatialem Ful-
densem Ecclesias conciliarint, tenoris, qui se-
quuntur:

§. 3. » Nos Dei gratiâ Joannes Philippus
» Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Ro-
» mani Imperii per Germaniam Archicancella-
» ri, & Princeps Elector, quæ Episcopus
» Herbipolensis, & Francia Orientalis Dux
» &c.: Et Nos Joachimus Abbas Fuldensis Sa-
» cri Romani Imperii Princeps, Romanorum
» Imperatricis Archicancellarius per Germa-
» niæ, & Galliæ, Primas &c. notum facimus,
» & pro Nobis, nostrisque Ecclesiæ Herbipo-
» lensi, ac Fuldensi, earumque Successoribus
» tenore præsentium cunctis palam profitemur:
» posteaquam inde a pluribus annis inter hono-
» rables Prædecessores nostros, Nos &c. co-
» creditas Nobis Ecclesiæ multifariae differen-
» tia, & contentiones, & in specie quidem
» ob prætensam a Nobis Episcopo Herbipolensi
» in diversa loca, & Parochias dicta Fuldensis
» Ecclesiæ potestatem Ecclesiasticam, & Juris-
» dictionem Episcopalem, exorte sunt, ex
» quo schismata, & inordinaciones in rebus tam
» Ecclesiasticis, quam secularibus, in notabile
» utriusque Ecclesiæ, & boni publici detrimen-
» tum, non vanè suspicari potuimus, quod
» tandem Nos Episcopus Herbipolensis, & Nos
» Abbas Fuldensis, suau, & fideli interposi-
» tione, atquehortatu Eminentissimi Princi-
» pis, ac Domini Joannis Philippi S. Sedis
» Moguntinæ Archiepiscopi, Sacri Romani
» Imperii per Germaniam Archicancellarii, &
» Electoris, Episcopi Herbipolensis, & Francia
» Orientalis Dux, quæ Archiepiscopi, & E-
» lectoris Moguntini, Domini, & Amici no-
» stri in primis dilecti, maximè veneran-
» di, ex studio vicinitatis, & affectu, prævi-
» inter nosdos ad id demandatos utraque ex
» parte, Consiliarios, & respectivè Legatos,

Vetus transla-
tio stipula-
ta an. 1662. in-
te: Archiepisco-
pum Mo-
guntinum,
eundemque
etiam Episco-
pum Herbipo-
lensem, at-
que Abbatem
Monasterii
Fuldense, in-
tegre hic re-
pertur.

» tracta-